

D. CAECILII  
CYPRIANI  
EPISCOPI CAR  
THAGINIENSIS  
ET MARTYRIS  
OPERA.

*Handwritten notes and signatures in cursive script, including the name 'Ad. W. W.' and a large flourish.*

VIRTVTE DVCE



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIUM  
LVGDVNI,  
1544.



Por commissione de los señores Inquisidores expurgada de  
libro non forme al expurgatorio de la año de 1692. et

GRANDER R. P. A C D. D. L A V.

4. de octubre RENTIO P V C C I O, T I T V L I

del d. de octubre S A N C T O R V M Q V A T V O R

del d. de octubre S. D. Cardinali, Erasmus Rot. *Auctor Titulij*

del d. de octubre S. D. *sed cum expurgatione permissa*



**I**N T A M uasta rei literariae clade, quæ non solum tot egregia ueterum monumenta, uel deprauauit, uel detruncauit, uerum etiam innumeros scriptores immortalis memoria dignos totos absorbuit, fortassis ineptius uideatur R. pater, unius aut alterius interitum deplorare, ni Cyprianus unus esset multorum instar habendus, siue spectes eloquentiam, siue doctrinam, siue pastoris dignitatem, siue pectus apostolici spiritus uigorem ubique fragrans, siue martyrij gloriam. Hanc autem iacturam haud scio an hoc moderatius ferremus, si totus nobis interisset. Nunc quoniam ex his fragmentis quæ nobis, nescio quis casus, superesse uoluit, conijcimus qualia fuerint illa, quæ perierunt, grauius etiam animo discruciamur, quicumque thesaurorum huiusmodi sumus auari. Porro ut nunc in obscuro sit, quæ & quàm multa uir ille scripserit, operum claritas in causa fuit, quæ & Hieronymo persuasit, ut non duceret operæ pretium lucubrationum illius indicem texere, cum ipsius ætate & sole clariores haberentur, & publicitus omnium manibus tererentur, haudquam existimās fieri posse, ut tantam lucem ac celebritatem ullus casus obliuionis tenebris obscuraret: quod idem malum nobis usu uenit in Tertulliano: nam alius quispiam casus Origenicorum operum catalogum nobis ademūt, quem Hieronymus sese testatur attexuisse in quadā ad Paulam epistola, in qua huius Adamantij libros cū libris Varronis cōfert, quem & ipsum constat

D. ERASMI ROT.

Ex hoc loco apparet presbyteros à perfecta pœnitentia non recipi solere, nisi inter laicos : quod aiunt & hodie fieri apud Græcos.

Folio 190.

Agnoscenta & complectenda.) Videtur olim ecclesia & pro martyribus orasse. sic enim ait: Sacrificia pro eis semper, ut meministis, offerimus, quoties martyrum passiones anniversaria commemoratione celebramus, nisi fortè pro eis dictum est, pro eo quod erat, in honorem eorum.

Folio 201.

Quæstisti etiam frater.) Hanc non esse epistolam integrã, uel ex ipso statim initio liquet. Quis enim sic exordiretur epistolam? quæstisti etiam: uerum pars est epistolæ, cuius initium: Pro tua religiosa diligentia, quod palàm arguit codex uetustissimus è duobus minor, quem nobis exhibuit uenerabile monasterium Iemblacense.

Ex eadem.

In hac disputatur, an qui instante morte, sacra aqua fuissent aspersi, quòd ob morbum tingi non possent, pro baptizatis essent habendi: & an retingendi, si reualuissent. Hanc rem ita tractat, ut liberum relinquat, siue quis putet eiusmodi retingendos, siue non.

Folio 207. & 211.

Ego te frater.) Ait: Loquitur illhic Petrus, super quẽ edificanda erat ecclesia. Ab hac sententia nullum aliquid Angustinus, qui non ait hanc esse fundamentum ecclesie, et sic hoc docet. Et tunc uoluit scire quid dicitur de ecclesia. Et sic dicitur: nisi forte monstra. Et tunc sentit populum hoc proficere, quod Petrus dicitur proficere. Et tunc dicitur: per seipsum gratiam per seipsum. Unde dicitur: uerum est fundamentum ecclesie. Et tunc dicitur: ad hunc mundum et apostolos aliquando dicitur fundamentum ecclesie.

Folio

I

# DIVI CAECI- LII CYPRIANI EPISCO- PI CARTHAGINIENSIS EPISTOLARVM LIBER I.

ARG. EPIST. SEQ.

Cæcili Cypriani epistola ad Cornelium papam, de fidei Christi confessione congratulantis, & hortantis, ut constanter & firmiter ad omnem patientiam perseueret.

EPISTOLA I.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRISAL.



COGNOVIMVS, frater charissime, fidei ac uirtutis uestræ testimonia gloriosa, & confessionis uestræ honorem sic exultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus uestris nos quoq; participes ac socios cõputemus. Nam cum nobis & ecclesia una sit, & mens iun-

Fidei unitas  
congratulationis  
causa.

cta, & indiuidua concordia, quis non sacerdos in consacerdotis sui laudibus, tanquàm in suis proprijs gratuletur? Aut quæ fraternitas in fratrum gaudio non ubiq; letetur? Expressi satis non potest, quanta ista exultatio fuerit, & quanta letitia, cum de uobis prospera & fortia cõperissemus, ducem te illhic confessionis fratribus extitisse, sed & confessionem ducis de fratrum consensione creuisse, ut dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confessorem populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: ut non inueniamus quid prius prædicare in uobis debeamus, utrum ne tuã promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fra-

Ducis cõfessio  
subditorum est  
conuersio.

a                      trum

ALTER TO  
MVS OPERVM

D. CAECILII

CYPRIA-

N I.

\*

Quorum catalogum uersa pa-  
gella reperies.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIUM  
LVGDVNI,  
1544.

# D. CYPRIANI

ADVERSUS IUDAEOS LI-

ber primus ad Quirinum, cuius argumen-  
tum subscripta epistola continet.

CYPR. QVIRINO FILIO SAL.



Et temperandum fili charissime desiderio tuo spiritali, impēssima petitione diuina magisteria poscēti, quibus nos dominus per scripturas sanctas erudire dignatus est et instruere, ut à tenebris erroris abducti, & luce eius pura et candida luminati, uiam uitæ per sacramēta

salutaria teneamus. Et quidem sicut petisti, ita à nobis sermo cōpositus, & libellus cōpēdiosa breuitate digestus est, ut quæ scribantur nō copia latiore diffunderē, sed quantū mediocritas memoriæ suggererat, excerptis capitulis et annexis necessaria quæq; colligerē, quibus non tam tractasse, quàm tractantibus materiam præbuisse uideamur. Sed & legentibus breuitas huiusmodi plurimū prodest, dum non intellectum legentis & sensum liber longior spargit, sed subtiliore compendio, id quod legitur, tenax memoria custodit. Complexus sum uerò libellos duos pari æqualitate\* moderatos: Vnum quo ostendere nixi sumus Iudæos secundum quæ fuerant antè prædicta, à

\* al's, moderatus:

Deo recessisse, & indulgentiam Domini, quæ sibi & pridem data, & in posterū promissa fuerat, perdidisse: successisse uerò in corū locum Christianos fide Dominum promerentes, et de omnibus gētibus ac de toto orbe uenientes. Item libellus alius continet Christi sacramentum, quòd idem uenerit qui secundum scripturas annūtiatus est, et gesserit ac perfecit uniuersa, quibus intelligi & cognosci posse prædictus est: quæ legēti

A a 2 tibi

